

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Adulacio ay  
cum fonte primo

Adulacio

apertis et propiciis auribus  
recipitur; in precordia ima descendit.

Venit ad me pro amico blandus inimicus.

Seneca XLIII. epistola.

Adulatio

quam similis est amicitiae! Non imitatur  
tantum illam sed vincit et praeterit;  
apertis ac propitiis auribus  
recipitur et in praecordia ima descendit,  
eo ipso gratiosa quo laedit:  
doce quemadmodum hanc  
similitudinem possim dinoscere.  
Venit ad me pro amico blandus inimicus;  
vitia nobis sub virtutum nomine  
obrepunt: temeritas sub titulo fortitudinis  
latet, moderatio vocatur ignavia,  
pro cauto timidus accipitur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*  
*epistulae morales*, 45.7 (L. Reynolds ed.,  
vol.1, p.117, ll.1-8).